

Un  
2582<sup>9</sup>



Pharmazie in Hamburg

Institut für Pharmazie



Hamburg

Hamburg

Sammlung des Herrn ...





# Pharmacopœa Pauperum

in ufum

## Instituti Clinici Hamburgensis

edita

a Societate medica



*Editio secunda auctior & emendatior.*



1902: B. K. 405

Hamburgi,

Sumtibus B. Chr. Herold. Viduae 1783.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



Membris  
Societatis medicae  
in  
Auxilium Egenorum Aegrorum  
constitutae

Sacrum jubent opusculum  
Auctores.

( 2

Membris

Societatis medicae

in

Archidioecesi Augustana

constitutae

Actuum publicorum

Actuum



---

**Viri Experientissimi,  
Doctissimi!**

**Q**uorum? nisi omnia nos fallunt, aptiora nostrum in fronte gerit Nomina Opus, quam Vestra, seriori etiam posteritati, nisi prolem pejorem avis protulerit ætas, sacra. Vos, o Conditores eximii operis! de quo superbiari, dignum tantum existit bonis, ad cujus constructionem lubentes porrexisse manus, & primum tantum lapidem movisse, jam longior terricolarum ætas, quam qua sapientissimo humanarum rerum Arbitro illos donare aptum visum est, egregie pervicta consumtaque videtur. Devotum Vobis & sacrum, accipite Collegarum Opusculum, Vestrum magni facimus adnutum, Vestra laude superbiatur. Pie sancteque de-nerandum quod coelos adimplet Numen,

cujus sacra vestigia quantum licet premitis,  
omni humanæ fortis nitore Vos ornet, bea-  
tos Vos, beata Vestra negotia esse jubeat.  
Sic optant, sic supplices Numen adorant,  
sincera integraque amicitia Vobis addicti  
Auctores

Paulus Henricus Weifs, M. D.

Carolus Godofredus Deutrich,  
M. D.

Godofredus Jacobus Jänisch,  
M. D.

Joannes Ludovicus Gericke,  
M. D.

Daniel Nootnagell, M. D.

Guilielmus Dresky, M. D.

---

PRÆ-

---

PRÆFATIO.  
ad Editionem priorem.

*Lector benevole!*

**A**d urbem quam incolimus, fama divitiisque, magis vero Incolarum munificentia celebrem, undiquaque tanta miserrimorum multitudo confluit, ut, licet avitis muneribus dives, quotidiana tamen benignitas illi pauca, quæ poscit natura, offerre debeat. Hæc quæ sanos premit inopia, dire ægros angit. Nosocomia nostra ampla variaque, infirmis referta sunt, & innumera eorum multitudo hac ope orba, morti lassata brachia tendit.

Quæ cum societas quædam Medicorum pectore imo volveret, ratum habuit, ante decennium & quod excurrit jam patefactam, postea vero obliteratam viam, strenuo denuo premere.

Innumeris ergo indefesso labore erutis obstaculis, tandem facultas nobis data est, Nosocomium quasi universale Pauperum extruendi, quod jam divina annuente gratia, per biennium floret.

Opum enim acquirendarum causa, non re-nuente summo Magistratu, Schedulas amicis opulentioribus obtulimus, ut quantum in com-

modum pauperum ægrorum vertere vellent, subscriberent. Nec fructus defuit, septem enim fere millia nummorum argenteorum, (quos Nostrates marcas vocant) brevi temporis spatio ad usum biennem reportavimus.

Jam Thesaurarios duos constituimus, muneris gravitate & pietate reverendos, nec non amore patriæ insignes. Septem Medici, societatis nostræ membra, quinque Chirurghi, nulla duriorum laborum habita ratione, sine munere aut remunerationis spe tædio plena subierunt officia. Quinque Pharmacopolæ, lucrum ex calamitate publica quærere nefas putantes, vi-  
liori pretio nobis divenderunt pharmaca.

Sic factum est, ut quivis inops æger literas commendatorias nobis offerens, inter suorum amplexus, si lecto affixus erat, aut domum medentis adiens, si obambulare poterat, omni divinæ artis ope ditaretur. Has vero literas commendatorias, de nostro Instituto bene merentibus, partim quia indefesso labore in acquirendis opibus auxiliatrices nobis præbuerant manus, ut Verbi divini præconibus, partim, quia nomina subscriperant, dedimus, hanc normam sequentes, ut sex marcas solventi Scheda una, duplum pluresque contribuenti, duæ pluresque Schedulæ assignarentur.

Nec popinarum flocci fecimus curam, ad illos, qui nec, de quo famem debellare possint, habent, sustentandos.

Quovis

Quovis mense concio Medicorum practico-  
rum, & dein omnium Medicorum societatis  
hujus convocatur; omni anni quadrante vero  
conventus omnium hujus Instituti Antistitum  
celebratur, ad manca explenda, noxia abro-  
ganda, utiliaque efformanda. Statis temporis  
intervallis Reipublicæ in novellis de progressibus  
nostris, & de justa beneficiorum distributione  
rationem reddere, æquum, justum habemus.

Jam nunc biennio primo præterlapso nume-  
rus ægrorum benefica hac ope fruens 1170 fuit,  
quorum 61, ob longævitatem morbi aut indo-  
cilem animum aliis nosocomiis traditi, 152 morti  
succubuerunt, 926 sanitati restitui sunt, 31 suc-  
cessoribus reliquimus.

Emolumenta quæ in egenos ex tali Hygææ  
sacrario redundant, enumerare haud tædet, per-  
suasi, exteros rectum de illis judicium ferre  
haud posse. Suis in habitaculis utut non  
sanissimis, decumbentes, suorumque curis re-  
lictæ, non lethiferum illum, miasmatibusque va-  
riis inquinatum, nosocomiorum aërem hauriunt,  
nec incuriæ ministrantium poenas luunt, nec  
sanitati redditi ruentis œconomix curis angun-  
tur, omni tamen salutaris artis ope locu-  
pletati. Jam nullo nosocomiorum timore percussi,  
nec voraci Pseudiatro ultima diræ egestatis refu-  
gia diripienda dare, nec venena pro pharmacis  
devorare, sapiusque mortem pro vita impenso  
pretio emere coguntur.

Per biennium nunc ut modo diximus, salu-  
tiferis istis laboribus dediti, sumtibus necessariis  
crescentibus, admonentibus Collegis, quam diu  
in votis habuimus Pharmacopoeam colligere,  
Philanthropia iussit quo magis sumtus hoc  
modo minui posse nobis visum sit. Sic enim  
carioribus neglectis, vilioribusque substitutis,  
efficacia tamen nobis pharmaca ad manus sunt,  
& quotidiano, quod ad plurima attinet, usu  
jam familiaria, quæque sæpissime speratos edidere  
effectus. Sic ex ampla medicamentorum farragi-  
ne ad pauciora redactus Pharmacopola, illorum  
majorem habere curam potis est, nec spe, parata  
in lucrum vertendi, fallitur. Sic omnes iisdem  
pharmacis morbos debellaturi, numerosiores  
observationes instituendi occasionem naçti su-  
mus.

Hoc tantum lugemus, ad amplum, multis-  
que Mæandris cinctum, & hucusque variis in  
locis inaccessum Morbonæ campum, præjudi-  
catis ineptorum opinionibus, si quæ abstrusa  
sagaci latent medico per Anatomen detegenda,  
ut plurimum aditum nobis præcludi. Fatui  
nempe egeni, quod gelida eripuit principium  
sentiendi mors, cadaveribus tribuunt, cultrum-  
que secantis magis quam Chirurgi timent, nec  
pacatos unquam fore manes credunt, nisi cor-  
pora a specillo intacta terræ mandentur.

Quod vero ad ipsum attinet Libellum, pro  
scopo nostro, omnia ut natura illa præbet  
phar-

pharmaca nostris inferere plagellis superfedemus, minori selectu contenti, quem ordine alphabetico typis mandavimus, Nomenclaturam Linneanam fervantes. Hunc ordinem etiam præeunte Pharmacopoea Wirtembergica editione novissima in præparatis fervare consultum duximus. Ejus quoque præparandi methodum sequentes hic illam omisimus, ut rem lippis & tonsoribus notam, cramben millies coctam denuo apponere fastidientes.

Minus nota si quæ invenies præparata & composita paranda doceris, formulis nostris adjuncta.

Nomina Auctorum non ubique adjecimus partim quia formulæ a nobis mutatæ sunt, partim quia in colligendis illis Auctoris nomen subrepsit. Candide vero hæc fatemur, ne quæ aliena detexit solertia nobis vindicaturi videamur.

His in formulis, simplicitas & robur norma fuit, detestamur enim miscelas numerosiores, in quibus quid speratos ediderit effectus latet, mithridaticas illas formulas, quæ omnes res creatas in unam miscent, non minus, quam lignea multorum arma.

Omnia quæ ex abditis naturæ latebris eripuit recentior ætas medicamina, in Pharmacopoea nostra frustra quæris, minime catalogum inventorum adfectantes. Desunt multa quæ quidem Tecum legimus a variis Scriptoribus  
com-

commendata, partim vero ut scopo nostro minus congrua, aut impenso tantum pretio comparanda, partim ob analogia jam recepta, exsulare illa jure meritoque jubemus. His quæ jam vides, sat superque contenti sumus armis, ad tetrum Acherontis agmen debellandum, persuasi, aut sic, aut nunquam, victricem ubi natura letho non vinctas dabit manus, lauream nos reportaturos esse.

Typis mandasse nos quæ pugillaribus inferere forsan consultius Tibi videtur, non mireris, nam ut reiteratam tædioque plenam scriptionem taceamus, forsan hæc nostra pro Dispensatorio minorum urbium sufficient, & sic, exarata in votis habenti communicare, philanthropia suadet. Ersi enim cl. Mellini & aliorum jam existent collectiones, semper tamen in illis aliquid desideravimus, quod nostræ adjunximus, quamvis nec nostram omni pagina absolutam prædicemus. Jam vero hunc nostrum Libellum censorum dijudicationi tradentes, nullum æqui Arbitri judicium recusamus. Non enim oculi nobis superbia fracti adeo caligant, ut, quæ hominis sit imperfectio, a nobis alienam putemus, nec tantos nos facimus ut quos magnatibus artis transcendere nefas fuit fines, nos attigisse credamus. Ast, in magnis voluisse sat est!



---

PRÆFATIO  
ad editionem posteriorem.

**E**n iterum benevole Lector! in limine stantem Operis, & ad Te facientem verba. Rarior quæ jam existit avis in terris, quo numerosiores partus edunt Musæ, editio reiterata operis, Tibi offertur. Quatuor, & quot superest, voluebantur anni, cum non fucata philanthropia fundamenta alyli infirmorum egenorum jecerat, cujus in hunc usque diem aditus haud præclusus patet, cui favent Musæ larga adportantes dona, summa quod protegit potestas quod civium eusebeia sustentat & alit.

Nec tabularum votivarum exiguus ornat illud numerus, cum jam 2404 ægris solamen attulerit. Sani limina egressi sacra 1923, levati 165, fato vero occubuerunt 316. Sumptus necessarii quibus ægri sanati nec raro nutriti & calore refocillati, non Summam 17783 Marcarum excedunt. Mirabitur quisque, cui non nova res est Nosodochium, tantillis sumptibus tantum ægrorum numerum sublevatum fuisse, maxime cum hæc omnia in domiciliis illorum peracta sint. Et Nos miramur Ipsi singularem Dei T. O. M. clementiam cujus adnutu tanta præ-

præstare nobis datum fuit. Nec minus fere incredibilis, ast nudæ veritatis effatum, parvus mortuorum numerus est, cogitatu enim majus emolumentum existit, quod ex solerti ægrorum visitatione in eorum domiciliis, in ægros redundat. In spatiosis enim Nosodochiis Medicus minus solerter morbos scrutari potest, remediaque incaute sæpe propinantur, ad generalem normam elaborata, mephitide inquinatus hauritur aër, sat mortis crebrioris causæ. Hæc omnia effugit aeger suo in domicilio curatus.

Aliquantulum & felicioris eventus, hic noster libellus, multis etsi nævis deformatus, sibi vindicat, cujus novam, multoque emendationem editionem, jam Tibi Lector benevole! offerimus. Minime omnium Censuram illustrium monita leves inaudita abierunt in auras, gratesque Illis debitas persolvimus, eoque lubentiores, quo humanius hæc nostra perlustrarunt, probarunt, nævosque amico monstrarunt digito.

Non levi labore totum sceptico lustravimus oculo, emendavimus, delevimus, adjunximus, imprimis novissima efficaciora, nec non dosin quam ægris obtulimus. Multi Censuram nostrorum, nec infimi loci, designationem pretii ut affigeremus, suafores nobis fuerunt, dolemus vero, hoc, etsi justum desiderium, a nobis non lenitum esse, nam quod reverentia jussit, justitia vetuit. Pharmacopolæ enim tam modico pretio nobis divendunt remedia, quod si tale  
pretium

pretium pro universali constitueretur, damnum caperent, non æque ferendum. Et hoc in excusationem probandam nobis cedat.

Jam nobis cum Ill: Schloezero res est. Illustris enim Vir Staats-Anzeigen B. 2. Heft 7 pag. 288 sqq: nonnulla ut nobis videtur erronea proponit. Primo, hoc nostrum Institutum ex Agyrtarum atrociniis, ut Aphroditen ex spuma Oceani, emerfisse contendit, indeque Agyrtarum defensionem in se suscipit, dubitat enim unquam illud ortum duxisse, etsi tam necessarium, nisi Agyrtæ fletu & ejulationibus urbem replevissent. Sed cogitet Illustris Vir, num nullum superesset pro egenis auxilium. Dantur & inter Nostrates, etiamsi nunquam fuisset tale egenis dicatum asylum, Medici, sine lucro illis auxiliatrices porrigentes manus, quod etiam nunc fit, etsi conditum jam & constitutum. Si vero & concedamus, ex malo sæpe bonum progigni, tamen tantum abest ut malum inde civitatem nancisci queat, ut potius radicitus extirpandum nobis videatur, quo majores ad refrenandum illud, poscat vires.

Dein, abominandum artis abusum inter Agyrtas cessaturum divinans, crescente inter plebejos sana ratione, ex falsis argumentatur præmissis. Veterani enim Medici, nunquam Practicorum in nostro Nosocomio sustinere partes, nec polliciti sunt, nec si polliciti essent, ob  
nume-

numerofiore praxin poffunt, & non nifi Tiro-  
nes has in fe fufcepere partes.

Tandem ex æffluxu egenorum ad noftrum  
Afyllum, non fequitur, plebem lubentius cu-  
ram corporis vero Medico quam Agyrtæ tra-  
dere. Eleemofynarum enim fola fpes adduxit  
hos pecuniæ quam fanitaris ftudiofiores. Nam  
ut jam diximus & antea inter nos fuit gratuita  
praxis. Aft, jam dicta ut Illuftris Vir amice  
accipiat rogamus, non enim vituperationis fed  
veritatis amantes fumus.

Hic figeremus pedem, nifi Inferiæ, piis  
manibus duorum amicorum adferendæ effent.  
Erepti enim nobis placida morte, duo arte pa-  
riter ac virtute infignes Viri, Cl. Ulfers &  
Grüno. Flet nobifcum ad tumulum ars & pie-  
tas, quos juniores ætate, fenes ambo habuere.  
Siftite pedem, virtutis artisque amantes, lacry-  
mas pofcit geminum Sepulcrum, multa hic tegit  
arena. Nullum quidem quod dignitas demor-  
tuorum popofciffet laudes inter pofteros divul-  
gans videtis monumentum, fed plus eft meru-  
iffe quam habere. Valete ultimum! Valete o  
Boni! molliter offa cubent. Tandem vero  
finem facimus dicendi, optantes, ut Tu Lector be-  
nevole! quæ in priori editione defideranda Tibi  
remanebant, jam invenias.

---


## Materia medica.

---

<b>A</b> bsinthium vulgare. Herba.	<i>Artemisia Absinthium. L.</i>
Acetum vini.	
Aconitum. Herba.	<i>Aconitum Napellus. L.</i>
Aerugo f. æs viride.	
Agaricus.	<i>Boletus Laricis. L.</i>
Aloe succotrina.	<i>Aloe perfoliata. L.</i>
Althæa. Radix.	<i>Althæa officinalis. L.</i>
Alumen vulgare album, romanum, f. rupeum.	
Ammoniacum Gummi.	
Ammoniacum Sal.	
Amygdalæ amaræ. dulces.	<i>Amygdalus communis. L.</i>
Anethum. Herba. Semina.	<i>Anethum graveolens. L.</i>
Anisum vulgare. Semina.	<i>Pimpinella Anisum. L.</i>
Antimonium.	
Aqua fontana.	
Arabicum Gummi.	<i>Mimosa nilotica. L.</i>
Armoracia. Radix.	<i>Cochlearia Armoracia. L.</i>

A

Arnica



Arnica.	<i>Arnica montana</i> . L.
Radix, Folia, Flores.	
Arum.	<i>Arum maculatum</i> . L.
Radix	
Asphaltum.	
Aſa foetida.	<i>Ferula Aſa foetida</i> . L.
Avena.	<i>Avena ſativa</i> . L.
Semina.	
Aurantium.	<i>Citrus Aurantium</i> . L.
Flores, Folia, Poma matura & immatura.	
Cortex, Flavedo, Albedo.	
Axungia Porci.	
Balfamum Copaiivæ.	<i>Copaiifera officinalis</i> . L.
Bardana.	<i>Arctium Lappa</i> . L.
Radix, Folia.	
Belladonna.	<i>Atropa Belladonna</i> . L.
Radix, Folia.	
Benzoe.	<i>Croton Benzoe</i> . L.
Bolus alba,	
Borax.	
Butyrum,	
Cajeput.	<i>Melaleuca Leucaden-</i>
Oleum.	<i>dron</i> . L.
Calamus vulgaris.	<i>Acorus Calamus</i> . L.
Radix.	
Calx viva.	
Campecheſe Lignum	<i>Hæmatoxylon campechi-</i>
	<i>num</i> . L.
Camphora.	<i>Laurus Camphora</i> . L.
Canella alba.	<i>Winterania Canella</i> . L.
Cortex.	

Cantha-

Cantharides.	<i>Meloe vesicatorius.</i> L.
Carduus benedictus.	<i>Centaurea benedicta.</i> L.
Folia.	
Carica.	<i>Ficus Carica.</i> L.
Fructus.	
Cascarilla.	<i>Croton Cascarilla.</i> L.
Cortex.	
Castoreum.	<i>Castor Fiber.</i> L.
Centaureum minus.	<i>Gentiana Centaureum.</i> L.
Summitates.	
Cepa.	<i>Allium Cepa.</i> L.
Radix.	
Cera alba, flava.	
Cerefolium.	<i>Scandix Cerefolium.</i> L.
Herba.	
Cerussa.	
Cervi Cornu.	<i>Cervus Elaphus.</i> L.
Rafura.	
Chamomilla romana.	<i>Anthemis nobilis.</i> L.
Flores.	
Chamomilla vulgaris.	<i>Matricaria Chamæme-</i>
Flores.	<i>lum.</i> L.
Chelidonium.	<i>Chelidonium majus.</i> L.
Radix. Herba.	
Chinchina.	<i>Cinchona officinalis.</i> L.
Cortex.	
Cicuta.	<i>Conium maculatum.</i> L.
Herba. Semina.	
Cina.	<i>Artemisia judaica.</i> L.
Semina.	
Cineres clavellati.	
Cinnamomum.	<i>Laurus Cinnamomum.</i> L.
Cortex.	

Citrus.	<i>Citrus medica.</i> L.
Pomum. Succus. Flavedo.	
Cochlearia,	<i>Cochlearia officinalis.</i> L.
Herba.	
Colchicum.	<i>Colchicum autumnale.</i> L.
Radix.	
Colophonium.	
Crocus.	<i>Crocus sativus.</i> L.
Stigmata.	
Cuprum.	
Limatura.	
Cydonia.	<i>Pyrus Cydonia.</i> L.
Semina.	
Daucus.	<i>Daucus Carota.</i> L.
Radix.	
Dulcamara.	<i>Solanum Dulcamara.</i> L.
Stipites.	
Euphorbium.	
Fel Tauri inspissatum.	
Ferrum.	
Limatura.	
Filix.	<i>Polypodium Filix mas.</i> L.
Radix.	
Foeniculum.	<i>Anethum Foeniculum.</i> L.
Radix Herba. Semina.	
Fuligo splendens,	
Fumaria.	<i>Fumaria officinalis.</i> L.
Herba.	
Galbanum.	<i>Bubon Galbanum.</i> L.
Gallæ.	
Genista.	<i>Genista tinctoria.</i> L.
Cineres.	

Gen-





Gentiana rubra.	<i>Gentiana lutea.</i> L.
Radix.	
Geum urbanum.	<i>Geum urbanum.</i> L.
Radix.	
Glycyrrhiza.	<i>Glycyrrhiza glabra.</i> L.
Radix. Succus inspissatus.	
Gramen.	<i>Triticum repens.</i> L.
Radix.	
Guajacum.	<i>Guajacum officinale.</i> L.
Lignum. Refina,	
Guttæ Gummi.	<i>Cambogia Gutta.</i> L.
Hedera arborea.	<i>Hedera Helix.</i> L.
Gummi.	
Helleborus niger.	<i>Helleborus niger.</i> L.
Radix.	
Hordeum.	<i>Hordeum distichum.</i> L.
Semina. Malta.	
Hyoscyamus.	<i>Hyoscyamus niger.</i> L.
Folia. Semina.	
Jacea.	<i>Viola tricolor.</i> L.
Herba. Flores.	
Jalappa.	<i>Convolvulus Jalappa.</i> L.
Radix.	
Ipecacuanha.	<i>Viola Specacuanha.</i> L.
Radix.	
Iris florentina.	<i>Iris florentina.</i> L.
Radix.	
Juglans.	<i>Juglans regia.</i> L.
Fructus immaturi.	
Juniperus.	<i>Juniperus communis.</i> L.
Baccæ. Gummi, San-	
daraca dictum.	



Lac vaccinum.	
Lactuca virosa.	<i>Lactuca virosa</i> . L.
Herba.	
Lavendula.	<i>Lavendula Spica</i> . L.
Flores.	
Lichen islandicus.	<i>Lichen islandicus</i> . L.
Linum.	<i>Linum usitatissimum</i> . L.
Semina.	
Lithargyrus.	
Manna calabrina.	<i>Fraxinus Ornus</i> . L.
Marrubium.	<i>Marrubium vulgare</i> . L.
Herba.	
Mel.	
Melilotus.	<i>Trifolium officinale</i> . L.
Herba.	
Melissa.	<i>Melissa officinalis</i> . L.
Herba.	
Mentha crispa.	<i>Mentha crispa</i> . L.
Herba.	
Mentha Piperitis.	<i>Mentha Piperita</i> . L.
Herba.	
Mercurius vivus.	
Mezereum.	<i>Daphne Mezereum</i> . L.
Cortex. Radix.	
Millefolium.	<i>Achillea Millefolium</i> . L.
Herba.	
Muscus pyxidatus.	<i>Lichen cocciferus</i> . L.
Myrrha.	
Nasturtium aquaticum.	<i>Sisymbrium Nasturtium</i> . L.
Herba.	
Nicotiana.	<i>Nicotiana Tabacum</i> . L.
Folia.	
Nitrum.	Nux

Nux Moschata.	<i>Myristica Moschata.</i> L.
Nix Vomica.	<i>Strychnos Nux Vomica.</i> L.
Oliva.	<i>Olea Europæa.</i> L.
Fructus. Oleum.	
Opium.	<i>Papaver somniferum.</i> L.
Ovum gallinaceum.	
Albumen. Vitellum. Testæ	
Papaver album.	<i>Papaver somniferum.</i> L.
Semina. Capita.	
Petroleum.	
Petrofelinum.	<i>Apium Petrofelinum.</i> L.
Phellandrium.	<i>Phellandrium aquati-</i>
Semina.	<i>cum.</i> L.
Pinus.	<i>Pinus sylvestris.</i> L.
Turiones. Terebinthina	
communis.	
Pix liquida.	
Plumbum.	
Polygala amara.	<i>Polygala amara.</i> L.
Ra dx.	
Quassia.	<i>Quassia amara.</i> L.
Lignum radicis.	
Quercus.	<i>Quercus Robur.</i> L.
Glandes. Cortex. Folia.	
Rhabarbarum.	<i>Rheum palmatum.</i> L.
Radix.	
Rosmarinus sylvestris.	<i>Ledum palustre.</i> L.
Folia. Flores.	
Rubia Tinctorum.	<i>Rubia Tinctorum.</i> L.
Radix.	
Ruta.	<i>Ruta graveolens.</i> L.
Herba.	



Sabadilla.	
Semina.	
Saccharum album.	
Sal alcali minerale	
Gravenhorstii.	
Salcatharticum anglicum.	
Sal commune.	
Sal mirabile Gravenhorstii.	
Saleb.	<i>Orchis mascula. L.</i>
Radix.	
Salicaria.	<i>Lythrum Salicaria. L.</i>
Folia.	
Salix fragilis.	<i>Salix fragilis. L.</i>
Cortex.	
Salvia officinalis.	<i>Salvia officinalis. L.</i>
Folia.	
Sambucus.	<i>Sambucus nigra. L.</i>
Flores. Baccæ.	
Sanguis Draconis.	<i>Dracæna Draco. L.</i>
Sapo hispanicus.	
Saponaria.	<i>Saponaria officinalis. L.</i>
Radix. Folia.	
Sassafras.	<i>Laurus Sassafras, L.</i>
Lignum.	
Scilla.	<i>Scilla maritima.</i>
Radix.	
Scordium.	<i>Teucrium Scordium. L.</i>
Herba.	
Sempervivum.	<i>Sempervivum Tecto-</i>
Herba.	<i>rum. L.</i>
Senega.	<i>Polygala Senega. L.</i>
Radix.	

Senna



Senna.	<i>Cassia Senna.</i> L.
Folia.	
Sevum bovinum.	
Simaruba.	<i>Quassia dioica.</i> L.
Cortex.	
Sinapis.	<i>Sinapis nigra.</i> L.
Semina.	
Spiritus vini gallicus.	
Stannum.	
Limatura.	
Succinum.	
Succus Catechu.	<i>Areca Catechu.</i> L.
Sulphur.	
Tamarindus.	<i>Tamarindus indica.</i> L.
Siliqua.	
Tanacetum.	<i>Tanacetum vulgare.</i> L.
Herba. Semina.	
Taraxacum.	<i>Leontodon Taraxacum.</i> L.
Herba. Radix.	
Tartarus.	
Terebinthina veneta.	<i>Pinus Larix.</i> L.
Trifolium aquaticum.	<i>Menyanthes trifoliata.</i> L.
Herba.	
Tutia.	
Valeriana sylvestris.	<i>Valeriana officinalis.</i> L.
Radix.	
Vinum gallicum album, rubrum, hispanicum.	
Vitriolum album.	
Vitriolum viride.	
Ulmus.	<i>Ulmus campestris.</i> L.
Cortex.	

Uva Ursi.

Folia.

Zincum.

Zingiber.

Radix.

*Arbutus Uva Ursi. L.**Amomum Zingiber. L.*

## Præparata & Composita

ex Pharmacopœa Wirtenbergenſi.

Edit. noviff. ſelecta.

**A**cetum Lithargyrii.

Scilliticum.

Vini deſtillatum.

Aethiops mineralis.

Aloe depurata.

Alumen uſtum.

Antimonii Butyrum.

Aqua Calcis vivæ.

Aqua Foeniculi.

fontana deſtillata.

fortis.

Menthæ ſ. v.

Menthæ Piperitidis.

Vegeto-min: Goulardi.

Arcanum duplicatum.

Balfamum Arcei.

Balfamum vulnerar: Stahlî.

Ceratum Saturni Goulardi.

Chalybs præparatus.

Coffea

Coffea quercina.  
 Cremor Tartari.  
 Elixir balsamicum  
 temperat: Hoffm:  
 Elixir Vitrioli Mynf:  
 Emplastrum de Cicuta c. Ammoniaco.

Diachylon simpl.  
 compos:  
 mercuriale.  
 de Meliloto.

Essentia Aurantium spirituosā.  
 Castorei.  
 Fuliginis Claud:  
 Gentianæ rubræ.  
 Myrrhæ.


Extractum Absinthii.

Pari modo parantur:

Extractum Aconiti.

*rad: Belladonnæ.*  
*Cicutæ viennens:*  
*Centaurei minoris.*  
*Cascarillæ.*  
*Chelidonii majoris.*  
*Dulcamaræ.*  
*Gentianæ rubræ.*  
*Hellebori nigri.*  
*Nucum Juglandum immatur:*  
*Marrubii albi.*  
*Squillæ.*  
*Taraxaci.*  
*Trifolii fibrini.*  
*Valerianæ sylvestr:*

Extractum



Extractum Hyoscyami.  
 Ligni Campechensis.  
 Myrrhæ aquosum.  
 Opii aquosum.  
 Saturni Goulardi.

Flores Benzoës.  
 Sulphuris simpli:  
 Zinci.

Infusum laxativum Mannagettæ.  
 Lapis infernalis.  
 Laudanum liquidum Sydenhami.  
 Liquor anodynus mineralis Hoffm:  
 Cornu Cervi succinatus.  
 Tartari.

Magnesia ex Sale cathartico.  
 Mel despumatum.  
 Mercurius dulcis.

præcipitatus albus.  
 ruber.

sublimatus corrosivus.

Mixtura tonico - nervina Stahlî  
 Mucilago mercurialis Plenkiî.  
 Semen Cydoniorum.

Naphtha vitrioli.  
 Nitrum depuratum.  
 Oleum amygdalarum expressum.  
 Oleum Anisi destillatum.


Foeniculi destillatum.

Lini expressum.

Oleum Menthæ Piperitidis destillat:  
 Myrrhæ per deliquium.  
 Succini destillatum.

Tere-



- 
- Terebinthinæ destillatum.  
 Vitrioli.  
 Oxymel scilliticum.  
     simplex.  
 Pilulæ scilliticæ Edinb:  
 Pulpa Tamarindorum.  
 Refina Jalappæ.  
 Roob Dauci.  
     Juniperi.  
     Ribium nigr:  
     Sambuci.  
 Saccharum clarificatum.  
     Lactis crySTALLISAT.  
     Saturni crySTALLISAT.  
 Salammonicum depuratum.  
     volatile.  
 Tartari fixum.  
 Spiritus Cochleariæ.  
     Cornu Cervi.  
     Lavendulæ.  
     Mindereri.  
     Nitri acidus.  
         dulcis.  
     Salis ammoniaci  
         volatilis urinosus.  
     Salis communis acidus.  
         dulcis.  
     Vini camphoratus.  
         rectificatus.  
         rectificatissimus.  
     Vitrioli simplex.

Sal-



Sulphur Antimonii auratum  
tertiae præcipitationis.

Syrupus de Althæa Fernellii.

Ammoniaco.

Cichoreo cum Rhab:

Corticum Aurantiorum.

Diacodii,

de Manna laxativus.

Taffia.

Tartarus emeticus.

tartarifatus.

vitriolatus.

Testæ ovorum calcinatæ.

Tinctura Antimonii acris.

Martis pomata.

Rhabarb: compos:

simpl:

Tutia præparata.

Vitriolum Martis.

Vitrum Antimonii.

Unguentum ægyptiacum.

album camphoratum.

de Althæa.

Basilici.

Neapolitanum,

Nervinum.

Nutritum.

ad scabiem Zelleri:



---



---

## Formulæ medicinales.

### Acetum camphoratum.

- ℞. Camphoræ drachmam semis.  
 solve in Spiritus Vini, f. q.  
 Solutioni sensim adde  
 Aceti Vini optimi uncias quinque.  
 D.

### Alumen draconifatum.

- ℞. Aluminis rupei uncias duas,  
 Sanguin: Draconis subtiliss: pulv: unciam unam,  
 Soluta Aquæ fontan: f. q. crystallifentur.  
 Dosis Scrupul: dimid: ad integr:

### Aqua emmenagoga.

- ℞. Salis cathartici anglicani drachmas tres,  
 Vitrioli martis grana undecim,  
 Aquæ fontan: puriss: libras duas,  
 M. Dosis vasculatim.

### Aqua nephritica.

- ℞. Salis alcali mineral: Gravenhorstii drachmas duas,  
 Aquæ Calcis vivæ libras duas.  
 M. Dosis vasculum dimidium.

### Aqua ophthalmica mercurialis.

- ℞. Mercurii sublimati corrosivi granum unum,  
 Aquæ fontanæ destillat: uncias sex.  
 M.

Aqua



Aqua ophthalmica discutiens.

- ℞. Mucilag: Sem: Cydoniorum unciam unam,  
Aquæ fontan: destillat: uncias tres,  
Extract: Saturni gutt: duodecim.  
M.

Aqua ophthalmica roborans.

- ℞. Aquæ fontan: destillat: uncias quatuor,  
Aluminis crudi scrupulos duos.  
M.

Aqua picea.

- ℞. Picis liquidæ uncias tres.  
Aquæ fontan. libras duas,  
M. bacillo ligneo sæpius agitando, stent per bi-  
dium in vase ligneo, dein Liquor decantetur.  
Dosis vasculatim.

Aqua pforica *Bücking*.

- ℞. Aqu: Calcis viv: unc: decem.  
Mercurii sublim: corros:  
dulcis rite præpar:  
singulor: Scrupulum unum.  
M. D. pro lotione.

Aqua saturnina.

- ℞. Sacchari Saturni drachmas duas,  
Aceti Vini uncias duas,  
Aquæ fontan: libram unam.  
M.

Aqua saturnina camphorata.

- ℞. Aquæ saturninæ libram unam,  
Spiritus Vini camphorati uncias duas.  
M.

Balsa-

~~\_\_\_\_\_~~

Balsamum ophthalmicum St. Yves

- ℞. Butyri recentis insulsi, drachmas duas,  
 Ceræ albæ drachmam unam,  
 Mercurii præcipitati rubri grana quindecim.  
 M. f. leni igne Balsamum.

Balsamum Vitæ externum.

- ℞. Saponis hispanici uncias quatuor,  
 Olei Terebinthinæ uncias octo,  
 Salis Tartari drachmas sex.  
 M. f. l. a. Balsamum.

Butyrum Ceræ.

- ℞. Ceræ citrinæ unciam unam,  
 solve leni igne in Spiritus Vini f. q.  
 Solutio dein filtretur, & in Filtro residuum,  
 sub *Butyri Ceræ* titulo, usui fervetur.

Cataplasma ad Cancrum.

- ℞. Roob Dauci libram unam,  
 Pulv: Herb: Cicutæ.  
 Cort: peruv: singulor: unciam unam,  
 Extracti Saturni Goulardi.  
 Laudan: liquid: Sydenh: singulor: drachmas duas

M.

Cereoli Goulardi.

- ℞. Ceræ flavæ libras duas,  
 leni igne liquatæ sub continua agitatione adde  
 Extracti Saturni unciam unam.  
 Ex Massa refrigerat: f. l. a. Cereoli,

B

Colly-



### Collyrium anodynum

- ℞. Mucilag: Sem: Cydonior: unciam unam.  
Camphoræ grana duo,  
Opium puri granum unum.

M.

### Collutio de Borace.

- ℞. Boracis venet: unciam dimid:  
Aquæ fontan: uncias octo,  
Mellis despumati uncias duas.

M.

### Cuprum ammoniacale.

- ℞. Vitrioli coerulei uncias duas,  
Aquæ fontan: dullientis uncias sex,  
Solv: & Solut: paulatim adde.

Spiritus Salis ammoniaci q. s. ut Cuprum coëat,  
penitusque iterum solvatur in liquor: cyaneum. Colat:  
evapora calore lenissimo ad siccitatem, dein pulveriset:  
in vase bene clauso servetur usui.

### Decoctum antisepticum.

- ℞. Cort: peruv: grosso modo pulverifat: Unciam  
unamsemis, coque in Aquæ fontan: libra  
una & dimid:

Colatura unciarum duodecim.

D. Dosis vasculatim.

### Decoctum mercuriale.

- ℞. Mercurii vivi unciam unam,  
coque in Aquæ fontan: f. q.

Colat: Mensuræ unius adde

Mellis despumati uncias duas.

D. Dosis vasculatim.

Decoctum

~~\_\_\_\_\_~~

Decoctum Polyglæ amaræ.

- ℞. Radic: Polygalæ amar: unciam unam c. dimid:  
 Conc: coquæ in Aquæ fontan: libra una & dimid:  
 Colat: unciar: duodecim adde,  
 Oxymellis simplicis uncias duas.  
 Dosis uncia una omni bihorio.

Decoctum resolvens.

- ℞. Radic: Taraxaci concif: uncias quatuor,  
 Cremoris Tartari,  
 Boracis singulor: unc: dimid:  
 coque in Aquæ fontan: libris duabus,  
 Colat: libræ unius adde.  
 Mellis despumati uncias duas.  
 D. vasculatim.

Electuarium anthelminthicum Störky.

- ℞. Pulv: Radic: Jalappæ.  
 Valerian: sylv:  
 Salis ammoniaci puri, singulor: drachmam unam,  
 Oxymellis squillit: uncias tres.  
 M. D. Dosis omni quadrihorio cochlearia duo parva.

Elixir acidum Halleri.

- ℞. Spiritus Vini rectificatiff: unciam unam,  
 sensim adde Olei Vitrioli albi unciam unam.  
 Dosis guttæ viginti ad quadraginta.

Elixir amarum.

- ℞. Extracti Trifolii fibrin: unciam unam,  
 Tartari tartarifati unciam semis,  
 Aquæ fontan: uncias sex,  
 Menthæ Piperit: uncias duas.  
 M. Dosis cochleatim.



### Elixir antispasmodicum.

- ℞. Camphoræ drachmam unam,  
 solve cum Liqu: anod: min: Hoffm: drachmis  
 duabus, subige cum Extract: Valerian: sylv: uncia  
 una, sensim affunde Aquæ fontan: uncias sex.  
 D. Dosis cochleatim.

### Elixir pectorale balsamicum.

- ℞. Elixir pectoral: simpl: uncias quatuor.  
 Extract: Myrrhæ aquos: drachmam unam.  
 M. d. Dosis cochleare dimid:

### Elixir pectorale simplex.

- ℞. Succi Liquiritiæ drachmas tres.  
 Aquæ Foeniculi uncias quatuor.  
 M. d. Dosis cochleare integr:

### Elixir resolvens.

- ℞. Extract: Taraxaci drachmas sex,  
 Chelidonii major: drachmas duas,  
 Aquæ fontanæ uncias sex,  
 Menthæ Piperit: uncias duas.  
 M. Dosis cochlearia duo.

### Elixir roborans cum acido.

- ℞. Extract: Gentianæ rubr:  
 Centaurei min: singulor: drachmas duas,  
 Aquæ Menthæ s. v. uncias quatuor,  
 Elixir acidi Halleri drachmas duas.  
 M. Dosis cochlear dimid: cum Aqua dilutum.

Elixir



## Elixir stomachium.

- ℞. Extract: Cascarillæ.  
 Gentian: rubr: singulor: drachmas duas.  
 Aquæ Menthæ Piperit: uncias quatuor.  
 M. Dosis cochlear plenum.

## Elixir stomachicum Whytt.

- ℞. Cort: peruv: opt: pulverisat: uncias quatuor,  
 Radic: Gentianæ rubr:  
 Flaved: Cort: Aurant: singulor: unciam unam  
 femis,  
 Spiritus Vini gallici libras quatuor.  
 Digere per sex dies, & Cola. Dosis cochlear.

## Emplastrum ammoniacale.

